Vel potest predicta autoritas · littera occi
dit et cetera · tripliciter intelligi · Vno mō
littera hūano ingenio · s · scripta vt sunt lr̄e
gentilium Talis enim littera occidit cōsti=
tuentes in eis finem suum sicut olim fece=
rat augustinus · vt · dictum est in principio
sermonis · Quales eciam adhuc sunt multi
philosophi moderni deridentes theologiā
quia repugnat principijs eorum · Et talis
littera occidit pro quanto eorum sciencia
inflat utpote sine caritate et pietate Sz
econtra spiritus · j · littera a · spiritusancto in
spirata · vt est sacra scriptura viuificat / qz
hec est sciencia pietatis · Alio modo littera
· j · sacra scriptura ad littteram grosso modo
intellecta sicut faciunt iudei occidit quia in
errores mittit / Inde enim pullulant here
ses · Exemplum de hys qui legentes Qui
odit animam suam in hoc mundo in vitam
eternam custodit eam se ipsos volebant i
terimere · Item illud · Rogo pater vt sint
vnum intelligentes essencialiter et ydem
tice · Item istud · Idem verbum thematis
intelligētes quasi littera · j · omnis doctriā
accepta ex scriptura sit invalida et imper
fecta vt supra habitum est Multa alia ad=
ducere potes exempla de interp̄tantibus
scripturā ad sensū suū et sicut sonant verba
Et sic littera occidit / Sic eciam augustin⁹
cum iuuenis instituer et animnm suum intē
dere in scripturas sanctas vt videret qua=
les essent quia ipse in ani philosophia time
bat in eis aciem figere non valuit · sed in=
cidit in errorem manicheorū · in quo nouē
annis permansit / Sed econtra spirit⁹ · j ·
spiritualis intelligencia in lumine fidei da
ta viuificat / Vnde augustino dictum est
bis Tolle tolle lege lege · Non enim suf=
ficit legere scripturam ad litterā · sed eciā
iterum legere secundum spiritualem intel
ligenciam · Tercō modo littera · j · ipsa sa=
cra scriptura eciam pure lecta et intellctā
hec reuera occidit errorē ī intelectu ⁊ vi=
cia in affectu · Certum est enim · q̄ pie le=
gentes sacras scripturas depurātur ab er
rore quia in ipsa relucet omnis veritas et
purificatur a vicijs · Iuxta illud · Fide pu=
rificans corda eorum · Sed spiritus · j · vis
spiritualis concomitans intellectui scriptu
ali p̄ficit / Non enim sacra scriptura solum
in suis studentibus occidit errores ⁊ vicia
sed eciam viuere facit vita virtuosa et san
cta / Declara ¶ G ¶ Vel aliter potest in=
troduci autoritas vt dicatur · q̄ est triplex
littera quedam scripta in cartis · Quedam
in carne · quedam in corde · Et quelibz ista=
rum que omnes occidunt correspondet spi
ritus viuificans · De primo proseq̄re sicut
supra in primo processu et tercio · De scdo
sicut supra in secundo processu in primo mē
bro secundi processus · De tercio in secūdo
et tercio membro secundi processus · Circa
quod sciendum q̄ non nllis data est p̄fecta
ntelligencia scripture absq̄ studio litte=
rarum · Et hoc ex singulari dono dei scri=
bentis in eorum cordibus sapienciam sci=
enciam et intellige nciam · Ad quod donū
assequendum · quatuor requiruntur · Pri=
mum est cordis puritas · Secundum men=
tis humilitas · Tercium oracionis pietas
Quartum operum fructuositas ¶ De hys p̄
sequere sicut habes · in vitas patrum parte
secunda capitulo vicesimo tercio · De tali=
bus eciam habentibus legem scriptam in
cordibus suis · habes supra · in tractatu de
spiritu libertatis sermone primo

¶ cxlvij · ¶ Sermo sextus

Fons ascēdebat de ter
ra irrigans vniuersam
superficiem terre · Ge
nesis secundo A
Sicut in principio cre
acionis mundi deus
plantauit paradisum
cum omni ligno fron=
doso et fructibus et herbis virentibus ⁊ re
dolentibus que tamen conseruari non po=
tuissent nisi irrigarentur · Non enim ad hoc
pluerat dominus super terram vt dicit² ge=
nesis ij · Ideo produxit deus fōtē in medio
paradisi ad irrigandum p̄adisum et totam
terram · Sic in primordio repacōnis mun=
di de⁹ plantauit eccl̄am p̄adisum spūalem
ponens in ea lignum vite · j · arborem crucis
in quo vita p̄ fructu pendebat · Posuit eciā
in ea apostolos et discipulos et alios san=
ctos primitiue ecclesie quasi herbas viren
tes et ligna pomifera que in posteris irri=
gari indigebant fonte doctrine · Non em̄
adhuc pluebant passiui p̄dicacōnes vt nūc
Ideo prouidit deus in ecclesia fontem vicz
augustinum qui ascendit de terra · j · de pa
tre gentili ad irrigandum doctrinam euā=
gelicam et apostolicam ne aresceret in cor
dibus fidelium · De quo fonte hic conueni
ter dicitur Fons ascendebat / In quibus
quidem verbis beatus aug⁹ cōmendat² a
duob⁹ Prīo a suo origiāli egressu ibi Fōs
ascēdebat de terra · Scdo ab e⁹ vniuesali
p̄cessu irrigās vniuersā sup̄ficiē terre ¶ A

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0269
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt